1711 9 magg.°
Per il Regio Placet
al Prete Gerolamo
Curione per un Beneficio
semplice nella Chiesa
di S. Carlo di Gorla maggiore
Duc.to di Mil.o
Gorla magg.e
S. Carlo

Ser.me Princeps

Vacante Beneficio simplici erecto in Ecclesia S.ti Caroli Gorlæ maioris de hoc Ducatu sub invocatione eiusdem Divi Tutelaris, factus est locus electioni spectanti diversis Compatronis, tamquam de iure eorum patronatus, quorum suffragia scissa sunt in duas partes, et ex una quippe electus remansit Presbr Philippus Aliger, ex alia vero Clericus Hieronymus Curionus, et inter istos orta est lis diu pertractata super respectiva prælatione, demum sedata ope concordiæ approbatæ per Apostolicam Sedem, cuius vigore confirmata remansit electio dicti Clerici Curioni sub lege annuæ pensionis per eum prestandæ Aligero. Exhibitis itaque per hunc Beneficiatum Bullis Pontificiis R. Economo Regio, imploratur ab eodem Placitum de more pro adipiscenda opportuna possessione narrati Beneficii, nihilque eidem obstat, quo minus indulgeri valeat petitus assensus ratione subiectionis, cum

15

agatur de Cive Mediolanensi, ut destantur Literæ
ipsius Œconomi. An is autem sit confidens, vel
diffidens, prout inquirendum per prius disponunt
novissimæ sanctiones Regis Domini nri, reservatum
est maximæ comprehensioni Ser.mæ Cels.is V.ræ cuius
est deliberare quidquid magis convenire
videbitur, et Ser.mæ Cels.ni V.ræ a Superis cuncta fausta
ex corde auspicamur. Med.ni die IX.
Maij M.D.CCXI.—

Ser.mæ Cels.is V.ræ

Observantissimi
Preses, et Senatus Reg.s Duc.lis Med.ni

Scottus

16